

C. m.
A. L. 251

Captiui dno.

2

Quorū oculos subbasilica nos om̃s abegit in forum
Et si ego ora uerberabo surpiculus piscarius
Ut sciant alieno naso quā exhibeant molestiam
Tum lanij autē qui cōcinnant liberis orbas oues
Qui locant cedundos agnos & duplam agnā danunt
Qui pretori nomē induunt uerueci sectario
Ei un ego si in uia pretorē publica conspexero
& petronem et dominiū reddam mortales miserrimos.

Egi Euge editiones edilitias hic quidē habet
Mirumq; adeo ē nū hunc fecerunt sibi etholi agoranomū.

Er Non ego nunc parasitus sum sed regum rex regior
Tantus uentri cōmeatus meo adest in portu cibus
Sed ego cesso hunc egionē onerare leticia senem
Qui hominū adeq; nemo uiuit fortunatior.

Egi Que illec est leticia quā illic letus largitur michi.

Er Heus ubi estis. ecquis hoc aperit hostium.

Egi Hic homo ad cenam recipit se ad me. **Er** Aperite hasce ambas for
P ruiq; pultando ut assultatim foribus exitium affero.

Egi Perlubet hunc hominē colloqui ergasile. **Er** ergasilū qui uocat.

Egi Respice. **Er** fortuna quod tibi nec facit nec faciet hoc iubet
Sed quis est. **Egi** Respice in me ego sum. **Er** oh michi q̃tū est
Hominū optumorū optumo intempore aduenis.

Egi Nescio quē ad portū nactus es ubi tenes. eo fastidis

Er Cedo manū **Egi** manū **Er** manū inq; cedo tuā actutum.

Egi Tene. **Er** Gaude **Egi** quid ego gaudeam. **Er** q̃ ego ip̃ero age gau

Egi Pol merores michi antea erant gaudijs. **Er** noli irascier

I am ego ex corpore ex om̃is maculas merorū tibi
Gaude audacter **Egi** Cedo & si nichil scio quid gaudeam